



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

20. Alia septem S. VVillehadi Miracula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

Alia septem S.V Villehadi miracula.

XXVIII.

ITem de Bremis puella quædam nomine VVige, diu muta & omnibus quoque membris contracta, ita ut non aliquò nisi ab alijs delata sese transferre posset, in eodem loco meritis Beati viri & loquelæ usum & membrorum omnium recepit officium.

XXIX. Posthac etiam de Vpriustri quædam fœmina ex dextra parte à tempore natiuitatis manca, nomine Tethileis, D omino auxiliante ibidem est sanata.

XXX. De VVigmodis autem ex villa Medemahem, fœmina quædam Ida vocabulo, nouem annis cœcitatatem passa, ibidem Domini gratiâ oculorum donata est luciflua claritate.

XXXI. Cæterum de Riustri ex villâ Smaltonflet, quædam fœmina Dislith nominata, per vndecim mentes uno oculo cœcata, illò adueniens Beati viri meritis amborum se gauisa est potitam lumine.

XXXII. Ex villa quoque Tadinghem, quædam fœmina Egilmare vocata, quatuor annis paralytica, eadem à parentibus in carucâ adducta, adiuuante supernâ gratiâ proprijs gressibus gaudens remeauit ad propria.

XXXIII. Denique ex loco Cittrothe nūcupato, quædam fœmina anno uno ac dimi-

C 3

dio lumenibus oculorū orbata, exortante Bea-
to viro, ibidem sanitatem recepit illuminata.

XXXIV. Porrò de Liastmona quædam
fœmina Rotgardis vocata, multis iam annis
uno pede clauda, cum duobus baculis præfa-
tam adiens Basilicam, gressu amissi pedis sibi
reddito, sensit Beati viri verè diuinitus con-
cessam in eodem loco flagrare virtutem.

CAP V T XXI.

Conclusio miraculorum S.V Villebadi.

Ferunt præterea multi causâ recuperan-
dæ salutis ad eundem locum properan-
tes meritis Beatissimi Pontificis in viâ sanati.
Quorum aliorum relatione innoruit sanitas :
quia nequaquam ipſi, vii cœperant, locum
sanctum expetere cui auerūt, verū magis sa-
nitate donati, ex itinere redentes ad propria
festini cum gaudio sunt reuersi, Dominum &
Beatum VVillehadum magnificis laudibus
prædicantes.

Verū nos, ne prolixior narratio onerosa
fiat legentibus, hæc & alia multa intermis-
si

*Corpus S. mus, quæ tamē plurimorum ore vulgata in
VVillehadis populis habentur. Corpus autem ipius San-
tucūdū træf-
latum in se-
cundā Basili-
cam.*

Eti, quod iam tunc à loco requietionis suæ in
alteram translatum fuerat Basilicam noscum
maxima fidelium turma ac Cleri innumerabili-
lis conuentu, exinde sublatum ferre quoque
impositum magnis populorum vocibus in
laudem Dei ac Beati viri concrepantibus die
depo-